



Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita P. Ignatii Loiolae, Qui religionem Clericorum
Societatis Iesu instituit**

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniæ Agrippinæ, 1602

Venetiis accusatur, & innocens declaratur. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45323

rate permisum est: sed probat suos interdum Dominus. Illic tamen morbus contraxit, quem paulo post depulit, seque eo quo venerat modo, Venetias contulit. Ibi venturos socios, ut inter ipsos conuenerat, opperitur.

VENETIIS ACCUSATOR,

& innocens declaratur.

CAPVT VI.

NEQUE tamē hoc tempore ociosus Ignatius fuit: nam solita vigilancia & charitate in salutem proximorum incumbebat. Quapropter nonnullos ad Christi Domini nostri sequenda consilia permouit. In hoc numero ponuntur fratres Germani, duo, Iacobus, Stephanusque Guia, homines honesti, ætateque prouecti, qui Hierosolymis redeutes, in Ignatium, cuius familiares Compluti fuerant, Venetijs inciderunt, & sanctissime in Societate poste à mortui sunt. In his etiam numeratur quidem Hozius Hispanus, vir eruditus ac probus, qui multū quidem Ignatij virtute atq; doctrina capiebatur; haud tamē audebat totum se illi penitusque committere, quod multa de eo audiuisset, vel malitiosè.

ab

1328. VITAE IGNATII

ab improbis conficta , vel imprudenter ab imperitis credita . Sed hæsitationem hominem Ignatius denique per pulit, vt ad exercitationes spiritales facientes, se inclinaret, dubitanter quidem primò ac timide, postea verò tristram etiam ac fidenter . Nam cùm initio, ne quid libi ab Ignatio venenum stillaretur, multos secum libros, in cubiculos comportauisset, ad quorum normam, dictorum illius veritatem exigeret ; & si quid erroris esset infusum, haec veluti praesenti medicina sanaret: postea tamen societatem cum illo, animumque coniunxit, & ad reliquos socios adnumeratus est. Venetis etiam cum Ioanne Petro Carassa, qui postea Paulus IIII. Pontifex Maximus appellatus est, consuetudinem habuit. Qui Episcopatu Theatinorum relisto, ad Caietanum Vicentinum, Bonifacium Pedemontanum, & Paulum Romanum, homines nobiles ac pios locum adiunxerat. A quibus origine coru hominum ordo traxit, qui Theatinus vulgo dicti sunt: qz Theatinus (vt diximus) Episcopus, illius vitæ institutum complexus esset, à quibus, vulgi errore falsa Theatinorum in nos est appellatio, cognomenque transfusum.

Nam

Nam cùm ordo vterque , noster & il-
lorum , clericorum Regularium sint .
eodemque fermè tempore nati , neq;
habitu valde dissimiles , populus ruidis
externa specie deceptus ; alienum no-
men nostris imposuit , Romę primū ;
vnde in alias deinde vrbes influxit , &
in remotas etiam prouincias penetra-
uit . Aliquos etiam nobiles Venetos ,
patriosq; viros exercitationibus spi-
ritalibus excoluit , & multum consilio
ad virtutem persequendam iuuit . Sed
quidam vel malevolentia suffusi , vel
falsa persuasione decepti , sparserunt ,
fugitiuum illum esse , in Hispania non
semel vinclum in custodia fuisse : igni
tradita combustaq; ipsius statua , pro-
fugisse : ne Parisijs quidem licuisse ho-
mini viuere : ex qua etiam vrbe fugiēs ,
suæ saluti cōsuluisse . Demum eò pro-
cessum est , vt res in iudiciū sit adducta :
diligenterque in eius vitam atq; mo-
res inquisitum . Et quoniam mendacio
res tota pītebatur , facile cōcidit . Nam
Ignatius non iam suæ , verūm sociorū
famę prospiciens , ne in defensa veritas
opprimeretur , ab Hieronymo Vetal-
lo , qui apud Venetos legati summi Pō-
tificis munere fungebatur , vt rem to-
tam diligenter peruestigatā & cogni-
tam

tam sua sententia declararet, omnino contendit, atque impetravit. Sententiae autem, qua Ignatij integritas aliquato per iudicem suum ordinarii perfecta est, apud nos extat exemplar.

SOCII LUTETIA IN ITALIAM ad Ignatium veniunt.

CAPVT VII.

DVm Ignatius Venetijs socius præstolatur, graue bellum in Gallia subito exarsit. Namque Carolus V. Romanorum Imperator, magnus exercitu, per Insubrum fines Galliarum invasit. Quamobrem nostri, qui professione suæ cum diem, qui dies Consecrationi diui Pauli est consecratus, anno 1537. constituerant: bellico tumultu et præuenire sunt coacti, & decima quinta die mensis Nouembris 1536. Lutetiam excedere. Iter autem in hunc ferendum instituerunt. Omnes scriptorum suorum quisque sarcinula onus vestitu vili abiectoque pedibus iter faciebant. Qui Sacerdotes erant (erant autem tres, Petrus Faber, Claudius laius, Paschasius Broetus) rem diuinam quotidie faciebant: sex reliqui aduersi graues longæ molestæque viæ diffi-